



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 13. Ludovici XV. Galliarum Regis epistola ad Sorbonam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](#)

haud liceret, ipsam vero Religionem <sup>Sæc. XVII.</sup>  
 & fidem eversum iri, si laicorum, & <sup>A.C. 1729.</sup>  
 simplicium Sacerdotum judicia deci-  
 sioni totius Episcopalis Ordinis præfer-  
 rentur. His præmissis serio ponderan-  
 dum objecit, quam multa & gravia  
 damna ac mala Ecclesiæ ab illis fuerint  
 illata, qui hos tumultus & dissensio-  
 nes vel excitarunt, vel soverunt, quam  
 periculose Religio in fidelium cordibus  
 labefactata, docilitas ferme extincta,  
 Christi Vicarius calumniis oppressus,  
 Episcopalis dignitas atrocissimis crimi-  
 nationibus infamata. Episcoporum  
 auctoritas vilipensa, ubique impugnata,  
 eorum censuræ partim contemptæ, par-  
 tim impune violatæ, debita inter va-  
 rios Ecclesiæ Ordines subordinatio de-  
 structa, cunctaque hæc mala ex fatali  
 pertinacia fuerint exorta. Denique Ar-  
 chiepiscopus Pontificiam Constitutionem  
 solemni declaratione acceptavit, om-  
 nibusque suæ Diæcesis fidelibus ( ne-  
 mine excepto ) sub poenis a jure statu-  
 tis præcepit, ut pariter sese eidem sin-  
 cero corde submitterent.

### §. XIII.

*Ludovici XV. Galliarum Regis epi-  
 stola ad Sorbonam.*

Salu-

**Sæc. XVIII.** Salutares hosce Archiepiscopi conatus  
A.C. 1729. Ludovicus XV. Galliarum Rex po-  
tenter Regia sua auctoritate fulciebat;  
præprimis enim die vigesima secunda  
Octobris Versaliis ad Jacobum Leullier  
Facultatis Decanum, Syndicum &  
Doctores Universitatis Parisinæ has  
dedit literas:

„Speravimus quidem fore, ut qui  
„ex vobis Constitutioni, quæ incipit,  
„Unigenitus Dei Filius, reclamaverant,  
„aliquando tandem ad officium redi-  
„rent, & eidem Constitutioni, quam  
„pro lege Ecclesiæ ac Regni haben-  
„dam esse saepius declaravimus, de-  
„bitam obedientiam sincere exhibe-  
„rent; ideoque in ipsos, uti edicta  
„nostra postulabant, animadvertere  
„hucusque cunctati sumus: Verum  
„Clementia nostra ad resipiscentiam  
„adeo adducti non fuere, ut potius,  
„sicut comperimus, complures horum  
„Doctorum contra expressas inhibitio-  
„nes Declarationis nostræ, pridie no-  
„nas Augusii Anno 1720. editæ, te-  
„merariam suam ab ista Constitutione  
„appellationem instaurarint; plerique  
„illorum Episcopo Senecensi adhæse-  
„rint; nonnulli apud eundem de Do-  
„ctrinæ communione per literas ege-  
„runt; imo Formularii subscriptionem,  
„qua-

„qua sibi in Facultatem Vestram adi- Sæc. XVIII.  
„tum patefecerant, retractarint. Quæ A. C. 1720.  
„agendi ratio, juxta verba differeta  
„Conclusionum vestrarum, eos Facul-  
„tatis gradibus, & prærogativis ei-  
„dem annexis in perpetuum privat &  
„excludit. Quapropter tantam teme-  
„ritatem tamque capitalem rebellio-  
„nem impunem ferre diutius non va-  
„lentes, Vobis hac Epistola Nostra  
„significamus, velle Nós, ut quicum-  
„que post declarationem nostram, pri-  
„die Nonas Augusti Anno 1720. da-  
„tam a Constitutione, quæ incipit Uni-  
„genitus, appellaverunt, vel quacum-  
„que demum ratione Episcopo Sene-  
„censi adhæserunt, necnon ii, qui suam  
„Formularii subscriptionem retracta-  
„runt, omnibus Doctorum muniis, ac  
„juribus spolientur, & a cætibus ve-  
„stris arceantur; inhibentes, iis ne in-  
„tersint, vobis, ne ipso admittatis:  
„idque sub poena contumaciæ. Syn-  
„dico autem vestro injungimus, ut illis  
„hæc nostra iussa significet, invigilet-  
„que executioni præsentium, quæ in  
„proximis vestris comitiis publice præ-  
„legantur, & in acta vestra referantur.  
„Hæc curate sedulo; sic enim fert  
„voluntas Nostra.,,

§. XIV.